



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 70. Libellus a Rege ad Franciæ Oratores transmissus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sacrol. XV.
A.C. 1562.
Novembris diem indicebatur, his ver-
bis: „Insuper eadem Sacrosancta
„Tridentina Synodus diem futura
„Sessionis ad feriam quintam post
„octavam festivitatis omnium Sancto-
„rum, qui erit dies duodecimus Men-
„sis Novembris, indicit, & in ea de-
„cernetur de Sacramento Ordinis, &
„de Sacramento Matrimonii, &c.

§. LXX.

*Libellus a Rege ad Franciæ Orato-
res transmissus.*

Pallav. l. 18.
c. 11. n. 1.
Et 2.
Mem p. 284.
Sarp. l. 7.
p. 568.
Cum igitur Synodi Præsides hanc Ses-
sionem adeo feliciter, atque ad sua
vota absolutam, cunctaque obstacula
prosperè sublata cernerent, spe ireti-
erant, fore, ut ceteræ quoque quæstio-
nes majori adhuc tranquillitate, ac mi-
nori Patrum oppositione agitandæ essent:
verum novis afficiebantur molestiis,
dum Cæsarei, ac Galli junctis viribus
mandata sua in Synodo proponenda ex-
hiberent; Franciæ enim Oratores Ses-
sionis locum egressi nuntiabant, quod
per Tabellarium a suo Rege episto-
lam die sexta Septembris Biturici da-
tam recepissent hujus tenoris: „cum
„mihi innotuerint ea, quæ per decreta
„Sessionis die decima sexta Julii habitæ
„Patres circa communionem sub utra-
„que specie a Cæsaris, aliorumque Ora-
„toribus petitam, ac propositam decre-
„vissent,

Sæcul XVI.
A. C. 1562.

„vissent, simulque spem fieri vidissem,
 „quod ibidem suo tempore, ac loco ar-
 „ticuli de Sacrificio Missæ, ac Calicis
 „concessione discutiendi, atque in Ses-
 „sione, quæ decima septima præsentis
 „Mensis die celebranda erat, sint defi-
 „niendi, hinc pia vestra consilia vestrum-
 „que, quo flagratis, hærefes extirpandi
 „studium, atque vehemens, quo salu-
 „tem, necnon commune totius Chri-
 „stiani orbis bonum promovere petitis,
 „desiderium summopere commendare
 „cogor: nihilominus, cum sim Rex
 „Christianissimus ac primogenitus Ec-
 „clesiæ Filius, dissimulare haud valeo,
 „quod omni ex parte mihi nuntietur,
 „ea, quæ morum emendationem, at-
 „que Ecclesiæ disciplinam concernunt,
 „a vobis aut negligi, aut saltem len-
 „tius urgeri, cum tamen totis viribus
 „ea, quæ dogma spectant, agitentur,
 „adeo, ut nonnullis videatur, quod Sy-
 „nodus potissimum rebus a nemine in-
 „dubium vocatis intenta sit, interim
 „vero Reformatio silentio prematur, aut
 „horum capitum examen tantopere
 „protrahatur, ut ex hac agendi ratione
 „nec ullum emolumentum, nec quies,
 „ac unio in Dei Ecclesia sperari valeat, (*)

A a 2

quam-

(*) Hoc Concilium fuit convocatum pri-
 mo loco contra errores Lutheri, Calvini, alio-
 rumque

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

„quamvis vero omnes hosce rumores
„nonnisi fictos crederem, mihiq̄ue per-
„suasum haberem, quod omnia debito
„ordine, eaque prudentia, quæ a tanto
„Confessu expectari valet, in Synodo
„peragantur, Legatos tamen, Patres-
„que obsecro, quatenus cogitare vel-
„lent, quod ea omnia, quæ mei Ora-
„tores exposituri sunt, unice eo tibi
„dant, ut extremis, ac præsentaneis
„malis Regnum meum affligentibus re-
„medium opponatur; secus enim timen-
dum

rumque Sectariorum: oportuit igitur præ-
primis ea firmare dogmata, quæ ab his hæ-
reticis impugnabantur, ita, ut simul etiam hoc
usque abusus pro re nata fuerint a Synodo per
decreta emendati: quilibet igitur perperam
iniquam fuisse querelam illorum, qui Syno-
dum carpebant, quod Patres dogmata majori
studio discuterent: ast dum profani rebus Sa-
cris se ingerunt, omnia sus, deque vertun-
tur: certe si in illorum cordibus fidei integri-
tas vigeret, suapte natura morum emendatio
sequeretur: hi autem una ex parte de dogma-
tibus levem nonnisi mentionem fieri, voluisse
videntur, quia oppositis erroribus faventes
cum hæreticis contra Catholicos triumphare
maluissent: altera vero ex parte non sua vitia
emendari, sed duntaxat Ecclesiæ auctorita-
tem, quæ juxta ipsos abusus est, deprimi pe-
tebant. Vide §. LXXV.

dum, ne residuam Catholicorum par-
 tem, quæ adhuc ibidem reperitur, in
 „Ecclesiæ obsequio haud amplius con-
 „tinere valeam; quamvis enim Reges
 „Prædecessores mei, ut hæreses extir-
 „parent, atque a vera fide devios ad
 „Ecclesiæ finem revocarent, severita-
 „tem, lenitatem, clementiam, ac quæ-
 „vis alia media per plusquam triginta
 „annos adhibuerint (*) malum tamen

Sæcul. XVI.
 A.C. 1562.

Aa 3 po

(*) Ecce! quam verum fit illud Apostoli
 ad Tit. cap. 3. v. 10. hæreticum hominem post
 unam, & secundam correptionem evita: nam
 lenitate hæreticorum pauci quandoque ad ve-
 ritatis semitam revocari queunt: ast ubi eo-
 rum numerus augetur, juxta priscorum Cæ-
 sarum leges putrida ejusmodi membra a sano
 Ecclesiæ corpore ferro abscindenda sunt, ne
 regna tumultibus involvant, & Reges folio
 suo deturbent, cujus rei testis est ipse Fran-
 ciæ fatum: ne autem illi numero invalescant,
 quodnam omni tempore remedium magis effi-
 cax erat, quam quoddam tribunal, cui reos
 plectendi potestas Principis auctoritate suffulta
 committitur? quod tribunal, sive Inquisitionem
 nomines, sive alio nomine apelles, nihil re-
 fert: his quippe tumultibus tot regna tum
 devastantibus sola pene Italia per ejusmodi
 tribunalis opem a torrente grassantis hujus
 pestilentiae absorpta non fuit, sed hodie dum
 usque

Sæcul XVI. „potius fuit auctum, quam imminu-
 A C. 1562 „tum: cum ergo semper animo meo ea-
 „dem infedit opinio, quod illius cura-
 „tio a legitima, ac Sancta Synodo om-
 „nino dependeat, hinc illam, quantum
 „valui, summis precibus promovere lu-
 „dum, summopere dolens, quod, quam-
 „vis ceteris prior tam pium, sanctum-
 „que opus institui petierim, tumultibus
 „tamen, bellisque civilibus Regnum
 „meum inundantibus, meos Episcopos
 „illuc decernere non potuerim, cuius
 „tamen cunctationis excusatio tam no-
 „ta est, ut non modo a Legatis, &
 „Synodi Patribus, sed ab universo
 „Christiano Orbe tanquam legitima a-
 „gnoscatur. „

„Cum autem, pergebat Rex, præ-
 „cipua, ac necessaria causa rem eode-
 „duci deposcat, ut per Synodum pax,
 „ac communis unio in Ecclesia proce-
 „retur, hinc ea ex ratione censeo, haud
 „consultum fore, ut Legati, ac Patres
 „adeo rigide observent leges a Concilio
 prin-

usque in vera fide constans perstitit: huius
 itaque Curia osores duntaxat sunt illi, qui
 impunitatis præsidio tuti suas hæreses libere
 spargere vellent, a fidei autem Censoribus præ-
 hibentur; hinc ex illorum re est, hoc tribu-
 nal centenis mendaciis, ac calumniis sug-
 gillare.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„principio stabilitas, sed potius ob ma-
 „jus bonum nonnihil ab eis recedant,
 „ac præprimis caute cavendum ab omni
 „eo, quod hæreticorum animos irritare
 „posset, (*) imo econtrario omnem la-
 „pidem esse movendum puto, ut illi
 „ad Synodum venire persuadeantur, at-
 „que inducantur, & ibidem adventan-
 „tes, necnon cum omni mansuetudine
 „ac bonitate paterna excepti, sese in-
 „strui patiantur, quatenus agnito errore
 „ad Christi ovile reduci, atque ad Ec-
 „clesiæ gregem revocari queant; id e-
 „nim nobis præcipit Deus, ac Sancti-
 „tas quoque sua se desiderare, semper
 „ostendit: hinc Legati, Patresque toto
 „studio

Aa 4

(*) Si, ut antea expositum, Reges Præ-
 decessores nec clementia, nec lenitate hære-
 ticos coercere potuerint, qua ratione Patribus
 suaderi potuit, ut legum rigorem ob hæreti-
 cos moderentur? insuper dum Regibus rebel-
 les non relaxata poenarum severitate plectun-
 tur, an ergo solum illi, qui Deo, & Ecclesiæ
 rebelles animas, & Regna pervertunt, etiam
 soluta legum Religione cum omni benignitate
 excipiantur? cum tamen omnium retro sæcu-
 lorum historia testetur, quod hæretici numero
 aucti etiam petulantia, ac crudelitate crescant,
 ex adverso autem debitis poenis coerciti cum
 ingenti Religionis, ac statuum utilitate im-
 minuantur.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„studio in id incumbant, prout ego de
„pia illorum voluntate eandem sollici-
„tudinem mihi promitto: Cum autem
„omnes, quotquot Synodo interfuerint,
„ejusdem fidei unitate conjuncti sint,
„ac nemo ullum Ecclesiæ, ac fidei ar-
„ticulum in dubium revocet, hinc dis-
„cussio adeo sollicita, prout hucusque
„factum, Catholicis eandem fidem pro-
„sistentibus nihil prodesse videtur, ce-
„teri autem, priusquam audiantur, con-
„demnantur (*) ut proin hæretici adeo
„non ad Synodum alliciantur, ut po-
„tius omnino ab illa arceantur, semper-
„que a Corpore segregati permaneant,
„periculumque obversetur, ne progressu
„temporis potissima Catholicorum pars
„ab eis seducatur, prout jam comper-
„tum est, quod triginta, vel quadra-
„ginta

(*) Ergone non satis fuere auditi in tot colloquiis, publicis disputationibus, sectæ suæ professionibus, editis libellis, ac scriptis: si de perduellionis crimine constat, reusque convictus est, num ulterius auditur? Ergone Synodus pro illis, qui Concilio interfuere, fuit convocata, ergo dogmata stabilire in illarum vicissitudine non fuit omnino necessarium, ne hæretici nostram fidem comprobare haud posse gloriantur, e contra ut Catholicis in sua Religione magis firmentur? En! quam perverſa consulit prudentia mundi,

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„ginta abhinc annis hæreticorum nu-
 „merus plurimum invaluerit, imo eo-
 „rum numerus indies magis, magis-
 „que accrescat, (*) quis enim sibi per-
 „suadere poterit, quod decretis Synodi,
 „a qua tamen sunt absentes, neque in
 „ea auditi, sese subicere velint? nonne
 „potius illis contra hæc decreta libellos
 „divulgandi ansa præbetur, ac Synodi
 „auctoritatem impugnandi, & doctri-
 „nam ibi contentam carpendi obtentus
 „subministrantur? Cum ergo ea agendi
 „ratione nullum emolumentum pro Ec-
 „clesiæ bono sperari posse videatur, hinc
 „opportunum censeo, ut dogmatum
 „discussio interrumpatur, ac Reforma-
 „tioni, quæ ab omnibus exoptatur, in-
 „vigiletur: solo enim hoc conatu Ec-
 „clesiæ hostes ad Synodum adducen-
 „tur, (***) cum is sit unicus scopus,
 „quem

Aa 5

(*) Si ergo hæreticorum numerus jam a
 quadraginta annis in Francia plurimum auctus
 fuerit, ac tum de Synodo Tridentina nequi-
 dem cogitatum, plures autem conventus in
 Gallis habiti fuerint etiam circa morum emen-
 dationem, certe nec legum severitas, nec dogma-
 tum discussio, nec præensus Reformationis
 neglectus causa fuit aucti hæreticorum nu-
 meri.

(**) Nonne hæretici interrupta dogmatum
 discussione gloriati essent, quod Catholici suæ
 fidei

Sæcul. XVI. „quem sibi quisque in hoc Concilio præ-
 A.C. 1562. „figere debet, ut omnibus in tam Sancto
 „confessu congregatis Spiritus Sanctus,
 „qui illis assistit, veram in Ecclesia u-
 „nionem procuret, necnon cunctis ab-
 „usibus emendatis, omnibusque errori-
 „bus devictis, atque abolitis Deus in
 „Spiritu, & veritate colatur, atque
 „adoretur, sanctumque ejus Nomen per
 „universum Orbem Christianum in unius
 „animi, fidei, Religionisque concordia
 „laudetur, atque honoretur. Hæc sunt
 „monita, quæ per meos Oratores Le-
 „gatis, ac Synodi Patribus exponi de-
 „sidero, ea nihilominus prudenti Con-
 „cilio judicio subjicio, cui etiam me
 „submittere semper honori ducam, cum
 „sim primogenitus Ecclesiæ Filius, ac
 „Rex Christianissimus: Insuper opto, ut
 „mei Oratores Legatos, Patresque ex-
 „orent, quatenus justis de causis pro
 „Regni mei, quod adeo turbatum no-
 „runt, utilitate ex amore paterno pro-
 „ximam Sessionem usque ad meorum
 „Præsulum adventum, cum illi Mense
 „Octobri, aut forte citius venturi sint,
 „differre

fidei veritatem comprobari desperassent? non-
 ne ex in divulgandi ansam quæsiissent, quod
 jure ab ea recesserint Ecclesia, quæ fatentibus
 ipsis Catholicis non amplius immaculata, sed
 corrupta, ac depravata existit?

„differre, ac decretorum promulgatio-
 „nem usque ad hoc tempus prorogare
 „velint, nisi nova mandata a summo
 „Pontifice acceperint, ad quem tamen
 „speciatim Nuntium ablegavi: interea
 „vero poterunt de morum emendatione
 „agere (*) circa quam nullum adjicio
 „monitum, ne Patrum integritatem of-
 „fendam, eorumque piam, qua pristi-
 „num splendorem Ecclesiæ reddere
 „laborant, voluntatem lædem: quo-
 „niam vero præfati Legati quicquam
 „immutarunt circa antiquam, ac lau-
 „dabilem consuetudinem, libertatem,
 „ac potestatem, quæ Regum, ac Prin-
 „cipum Christianorum Oratoribus sem-
 „per fuit indulta, ac vi illius in Sacris
 „Conciliis suorum Regnorum, ac ditio-
 „num necessitates exponere valent, hinc
 „Oratoribus meis præcepi, ut hanc li-
 „bertatem sibi restitui urgeant, & de-
 „cretum, si forte quoddam illis adver-
 „sum promulgaretur, statim revocari
 „postulent.,

Sæcul. XVI.
 A.C. 1562.

§. LXXI.

(*) Ast Patres merito timere debuissent,
 ne emendationis articuli ab hisce Præsulibus
 non fuissent acceptati, eoquod ipsis absentibus,
 & non auditis fuerint promulgati. §. XXI.